

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

# BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0369

Sabato 19.05.2018

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **Concistoro per il voto su alcune Cause di Canonizzazione**
- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del millenario della fondazione dell'Abbazia di Buckfast (Gran Bretagna)**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del VII centenario della consacrazione del Santuario della "Madonna della Giustizia e dell'Amore Sociale" (Piekary Śląskie, Arcidiocesi di Katowice, 27 maggio 2018)**
- ◆ **Rinunce e nomine**

## ◆ **Concistoro per il voto su alcune Cause di Canonizzazione**

Questa mattina, alle ore 10, nella Sala del Concistoro del Palazzo Apostolico Vaticano, durante la celebrazione dell'Ora Terza, il Santo Padre Francesco ha tenuto il Concistoro Ordinario Pubblico per la Canonizzazione dei Beati:

- **Paolo VI** (Giovanni Battista Montini), Sommo Pontefice;
- **Oscar Arnulfo Romero Galdámez**, Arcivescovo di San Salvador, Martire;
- **Francesco Spinelli**, Sacerdote diocesano, Fondatore dell'Istituto delle Suore Adoratrici del Santissimo Sacramento;

- **Vincenzo Romano**, Sacerdote diocesano;
- **Maria Caterina Kasper**, Vergine, Fondatrice dell'Istituto delle Povere Ancelle di Gesù Cristo;
- **Nazaria Ignazia di Santa Teresa di Gesù** (al secolo: Nazaria Ignazia March Mesa), Vergine, Fondatrice della Congregazione delle Suore Misioneras Cruzadas de la Iglesia.

Nel corso del Concistoro, il Papa ha decretato che i Beati siano iscritti all'Albo dei Santi **domenica 14 ottobre 2018**.

È seguita l'*Optatio* di sei Cardinali dall'Ordine dei Diaconi all'Ordine dei Presbiteri:

- su richiesta del **Card. Leonardo Sandri**, la Diaconia di Ss. Biagio e Carlo ai Catinari è stata elevata *pro hac vice* a Titolo presbiterale;
- su richiesta del **Card. Giovanni Lajolo**, la Diaconia di S. Maria Liberatrice a Monte Testaccio è stata elevata *pro hac vice* a Titolo presbiterale;
- su richiesta del **Card. Paul Josef Cordes**, la Diaconia di S. Lorenzo in Piscibus è stata elevata *pro hac vice* a Titolo presbiterale;
- su richiesta del **Card. Angelo Comastri**, la Diaconia di S. Salvatore in Lauro è stata elevata *pro hac vice* a Titolo presbiterale;
- su richiesta del **Card. Stanisław Rylko**, la Diaconia di Sacro Cuore di Cristo Re è stata elevata *pro hac vice* a Titolo presbiterale;
- su richiesta del **Card. Raffaele Farina, S.D.B.**, la Diaconia di S. Giovanni della Pigna è stata elevata *pro hac vice* a Titolo presbiterale.

[00800-IT.02]

## ◆ Le Udienze

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- S.E. Mons. Nicola Girasoli, Arcivescovo tit. di Egnazia Appula, Nunzio Apostolico in Perù;
- S.E. Mons. Gabriele Giordano Caccia, Arcivescovo tit. di Sepino, Nunzio Apostolico nelle Filippine.

[00795-IT.01]

## ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del millenario della fondazione dell'Abbazia di Buckfast (Gran Bretagna)

In data 30 aprile 2018, il Santo Padre Francesco ha nominato l'Em.mo Card. Anders Arborelius, O.C.D., Vescovo di Stoccolma, Suo Inviato Speciale alla celebrazione del millenario della fondazione dell'Abbazia di Buckfast (Gran Bretagna), che avrà luogo il 24 maggio 2018.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia, composta dai seguenti monaci dell'Abbazia:

- Dom Benet Conlon, O.S.B., Vice Priore;

- Dom Daniel Smyth, O.S.B., Foresterario.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Anders Arborelius:

### **Lettera del Santo Padre**

*Venerabili Fratri Nostro*

***Andreae S.R.E. Cardinali Arborelius, O.C.D.***

*Episcopo Holmiensi*

Senectus venerabilis est Deo et condicio decore dignitateque insignita et eminentia sapientiae: in Domino enim non quae est diuturna neque annorum numero computatur (*Sap* 4, 8), sed bonus est fructus, qui in opere exiguum laboratur iuventutis excipientis doctrinam et demum editur de generationibus illius (cfr *Eccli* 6, 18-19). Quam non modo in hominibus, sed etiam ad domum ecclesiae collaudamus relatam, in qua summus angularis lapis Christus Iesus.

Haec considerantes, valde laetamur de millesimo celebrando anniversario ab abbatia Dominae Nostrae de *Buckfast* in Anglia fundata, cuius diutinam sollertiam iam per saecula florentem prae laudavit Praedecessor Noster beatae memoriae Pius XI, divinarum laudum pio resonantem canore, domicilium virtutum, apium curae per fugium, Evangelii lumine late advecto merito gloriosam, quae recentiore dein aetate, post ruinam, monachorum indefessi laboris gratia ad novum et mirum venit decorem.

Tantam recolentes memoriam, dilecti istius monastici gregis filii expetierunt, ut inter sollemnia perfrui possent praesentia ac verbo alicuius Eminentissimi Viri, qui Nostras vices ibi gerat Nostramque erga istam communitatem manifestet dilectionem. Proinde, Reverendi Patris Abbatis humanissimae petitioni concedentes, ad Te, Venerabilis Frater Noster, mentem Nostram vertimus, qui, nobillimae terrae Suetiae praestantissimus filius, historicas necessitudines tempore primae evangelizationis Scandiae inter patriam tuam et monachorum ex Anglia opus missionarium mirandum admodum comperis, ut hodie peraptus videaris ad mutuum Ecclesiae sollicitudinem per hoc ministerium tuum significandam. Idcirco, hisce Litteris Te Missum Extraordinarium Nostrum nominamus ad sollemnia, quae die XXIV huius mensis Maii, in festo Dominae Nostrae de *Buckfast*, in eadem abbatia agentur ad honorandos M annos dictae monasticae communitatis foundationis.

Libenter tibi potestatem facimus, dum celebrationi Eucharistiae praesidebis, Abbatem aliosque sacros Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque necnon publicas auctoritates atque universos christifideles Nostro nomine salutandi ac benedicendi, quos sermone tuo ad diligentiore perquisitionem veritatis, boni et pulchritudinis in cotidiana vita cohorteris. Caritatem in dominici schola servitii instituendam suadeas, quae non est nisi angusto initio incipienda, processu vero conversationis et fidei, dilatato corde, inenarrabili delectionis dulcedine curritur, a dominico numquam magisterio discedendo et in eius doctrina perseverando (cfr s. Benedictus de Nursia, *Regula*, prologus). Simul, insuper, gravissimum Nostrum Petrinum ministerium precibus committimus totius monasticae communitatis omniumque ibi congregatorum.

Dum tibi, Venerabilis Frater Noster, Benedictionem Nostram Apostolicam impertimus omnibus, qui celebrationi

intererunt, transmittendam, legationem tuam ardentibus precibus comitamur, a Deo misericordiae suppliciter exposcentes, ut haec communitas fidelium, Spiritu vivificata, verbo vitae ac divina gratia instructa, amoris Christi nihil praeponat.

Ex Aedibus Vaticanis, die VII mensis Maii, anno Domini MMXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

FRANCISCUS

[00798-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del VII centenario della consacrazione del Santuario della "Madonna della Giustizia e dell'Amore Sociale" (Piekary Śląskie, Arcidiocesi di Katowice, 27 maggio 2018)**

In data 24 marzo 2018, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Zenon Grocholewski, Prefetto emerito della Congregazione per l'Educazione Cattolica, Suo Inviato Speciale alla celebrazione del VII centenario della consacrazione del Santuario della "Madonna della Giustizia e dell'Amore Sociale", sito nella città di Piekary Śląskie, nell'Arcidiocesi di Katowice (Polonia), che avrà luogo il 27 maggio 2018.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia, composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Władysław Nieszporek, Parroco della *Parrocchia di Santa Maria Vergine e San Bartolomeo Apostolo*, da 20 anni Rettore e custode del Santuario della "Madonna della Giustizia e dell'Amore Sociale" e Decano del Decanato di Katowice ovest.

- Rev.do Don Damian Wojtyczka, Parroco della *Parrocchia di Sant'Adalberto* a Radzionkow, Decano del Decanato di Piekary Śląskie.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre Francesco al Card. Zenon Grocholewski:

**Lettera del Santo Padre**

*Venerabili Fratри Nostro*

*ZENONI S.R.E. Cardinali GROCHOLEWSKI*

*Praefecto Emerito Congregationis de Institutione Catholica*

Ad sanctitatem adhortantes omnes Christifideles cotidiana in vita consequendam, laetanter hos eventus per orbem prosequimur, qui tali alto proposito favere possunt. Placet Nobis sanctitatem conspicerere in Dei populo: in pueris et adolescentibus gratis ac oboedientibus, in parentibus amanter filios educantibus, in operariis negotia sua honeste explentibus, in senioribus devote et laeto animo viventibus (cfr *Gaudete et exsultate*, 7).

Nuper autem relatum est Nobis de Sanctuario BMV Matris Iustitiae et Amoris Socialis in *Piekary Śląskie*, in Silesia, quod ad praesidium Matris Dei exposcendum per saecula multi fideles petunt. Venusta ibidem est imago Matris Mirabilis, saeculo XIV iam venerata, quam et Decessores Nostri magni aestimabant: Pius XI, populi Silesiani sincerus amicus, anno MCMXXV aureas coronas eidem concessit; sanctus Ioannes Paulus II, qui uti cardinalis saepe illam invisit, anno MCMLXXXIII coram mira hac imagine sanctam Missam celebravit, innumerabili adstante credentium multitudine.

Revera, inter eos qui ibidem oraverunt annumerare oportet Ioannem III Sobieski, Regem Poloniae, qui a Salvatoris Matre tutum auxilium efflagitavit ad christianitatem a Turcis apud Vindobonam defendendam; inde eximium presbyterum Ioannem Aloisium Ficek, illic parochum, qui fidem catholicam, Patriae dilectionem ac sobrietatem in populo roboravit; Servum Dei Augustum S.R.E. Cardinalem Hlond, qui olim primus fuit Episcopus Katovicensis; recentiore verum difficilique tempore Excellentissimum Dominum Heribertum Bednorz, Episcopum Katovicensem, intrepidum et actuosum Pastorem, qui hoc in Sanctuario fidelium agmina congregabat, de recta christiana vita docebat ac diem dominicam a labore servandam Deoque sanctificandam defendebat.

Cum autem a consecratione memorati Sanctuarii iam septem saecula elapsi sint, decet tam felicem eventum commemorari, Deo Patri gratias agere pro caelestis Matris patrocinio ac pro futuro tempore suppliciter orare ut laboriosum, nobilem ac devotum Silesianum populum gratia sua benigne servare et augere dignetur. Quapropter libenter accepimus sincera vota Venerabilis Fratris Victoris Skworc, Archiepiscopi Metropolitae Katovicensis, ut in urbem *Piekary Śląskie* Legatum Nostrum mitteremus, qui partes Nostras ageret. Quam Legationem Tibi, Venerabilis Frater Noster, Congregationis de Institutione Catholica Praefecto Emerito, fidenter committendam esse arbitrati sumus, persuasum sane habentes Te hoc munus diligenter expleturum, quare hisce Litteris Te **Nostrum Missum Extraordinarium** nominamus ad dictam celebrationem.

Liturgicis actionibus Nostro nomine praesidebis memorato in Sanctuario – quod Nobis est admodum carum quia plus quam centum annos Societatis Iesu sodales olim ibidem ministerium praestiterunt – fidelesque adstantes humaniter salutabis in ultima die dominica mensis Maii, quo die plus quam septuaginta superiores iam annos Silesiae catholici viri turmatim coram Dei Matre congregantur qui, saepe pedibus peregrinantes et orantes, ita fidem et pietatem suam testantur, cum Christo et Ecclesia nexum usque firmiorem reddunt filiisque spiritualia bona colenda tradunt.

Servus Dei Stephanus S.R.E. Cardinalis Wyszyński iure asserebat sine iustitia non esse veram pacem nec amorem sociale. At christiani semper recordari debent pro aeterna salute necessarium esse misericordiam exercere et veniam dare: utraque enim constituit verae christianae fidei indicium, sicut Dominus ipse pluries nos docuit. Ideoque Beata Maria Virgo omnino recte Mater Iustitiae et Amoris Socialis invocatur simulque Mater Misericordiae proclamatur. Hortaberis igitur audientes Christifideles, ut ad instar Iesu Christi eiusque Matris *sobrie et iuste et pie vivant in hoc mundo* (cfr *Tit 2,12*), iniurias cunctis dimittant et caritatis opera exercent.

In hac ergo honorifica explenda missione Nostram ad mentem illustrabis eventus illius momentum, caritatem Nostram testaberis erga hanc dilectam communitatem. Nos vero, dum pro Nobis preces exposcimus, Benedictionem Apostolicam tibi imprimis impertimus, quam volumus nomine Nostro adstantibus Pastoribus, fidelibus, civilibus auctoritatibus cunctisque iubilare celebrationis participantibus largiter communices.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXIII mensis Aprilis, anno MMXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

FRANCISCUS

[00799-LA.01] [Testo originale: Latino]

## ◆ Rinunce e nomine

Rinuncia dell'Arcivescovo Metropolita di Popayán (Colombia) e nomina del nuovo Arcivescovo Metropolita

Nomina dell'Inviato Speciale alla celebrazione del 200° anniversario dell'evangelizzazione dell'Ovest e del Nord del Canada

Rinuncia dell'Arcivescovo Metropolita di Popayán (Colombia) e nomina del nuovo Arcivescovo Metropolita

Il Santo Padre Francesco ha accettato la rinuncia al governo pastorale dell'arcidiocesi metropolitana di Popayán (Colombia), presentata da S.E. Mons. Iván Antonio Marín López.

Il Papa ha nominato Arcivescovo Metropolita di Popayán (Colombia) S.E. Mons. Luis José Rueda Aparicio, finora Vescovo di Montelíbano (Colombia).

### **S.E. Mons. Luis José Rueda Aparicio**

S.E. Mons. Luis José Rueda Aparicio è nato a San Gil, Santander, diocesi di Socorro y San Gil, il 3 marzo 1962. Ha compiuto gli studi filosofici nel Seminario Maggiore di Socorro y San Gil e quelli teologici nel Seminario Maggiore di Bucaramanga.

È stato ordinato sacerdote il 23 novembre 1989.

Ha ottenuto la Licenza in Teologia Morale presso l'Accademia Alfonsiana di Roma. Come sacerdote è stato Parroco in diverse parrocchie, Professore del Seminario Maggiore, Vicedirettore del Segretariato diocesano per la Pastorale della Carità, Rettore dell'Istituto diocesano per lo sviluppo rurale e Vicario diocesano per la Pastorale. Il 2 febbraio 2012 è stato nominato Vescovo di Montelíbano e ha ricevuto l'ordinazione episcopale il 14 aprile successivo.

[00797-IT.01]

### **Nomina dell'Inviato Speciale alla celebrazione del 200° anniversario dell'evangelizzazione dell'Ovest e del Nord del Canada**

Il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Gérald Cyprien Lacroix, Arcivescovo di Québec, Suo Inviato Speciale alla celebrazione del 200° anniversario dell'evangelizzazione dell'Ovest e del Nord del Canada, a partire dall'arrivo di P. Norbert Provencher e compagni missionari nell'attuale arcidiocesi di Saint-Boniface, che si terrà il 15 luglio 2018.

[00796-IT.01]

[B0369-XX.02]

---